PAULUS DIACONUS. LANDULPHUS SAGAX. THEODORICUS AMORBACENSIS
12. bis 13. Jh. Seite 41r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26351
Copyright: Admont, Benediktinerstift



terrerent. abscisis enim cum crine ceruicib;
inhonesto satis uulnere turpes relinque
bant. ferrum quod in hostes sumpserant. in se suasq;
uerterunt. Namq; alie concursu mutuo iugulate.
alie adprehensis inuicem faucib; strangulate. alie
funib; ad sua colla ligatis. equorumq; cruribus
protracte interierunt. alie laqueo de subrectis
plaustrorum temonib; pependerunt. Quedam
dum se suspenderet. duos filios traiectis per colla
eorum laqueis ad suos pedes uinxit. Ita his duob;
plus. ccc xl. gallorum occisa. c. xl. capta sunt.
absq; innumera multitudine mulierumque
furore femineo se suosq; paruulos necauerunt.
Is belli finis fuit. triumphus utriq; decretus.
Sexto iulio cesare et lucio marco philippo
consulib;. dc^mo^ l^mo^. viii. anno ab urbe condita
cum prope alia bella cessarent. in italia grauis
simum bellum picentes marsi peligniq; mo
uerunt. Qui cum annis numerosis iam populo ro
mano obedirent. tum libertatem sibi equam
asserere ceperunt. Perniciosum admodum
bellum fuit. Rutilius consul in eo occisus est. cepio